

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 96. Conservatores, an cognoscere possint de causis criminalibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](#)

## QUÆSTIO XCV.

Exemptus an si quid rigore sententia, ab ordinario latæ solvetur, possit  
solutum condicere.

## SUMMARIUM.

1. Solutum vigore sententia concedi non potest. 3. Censura ordinarii in exemptos causans iustum metum.  
2. Solvenis indebitum duplex conditio competit. 4. Metus redditum nullum.

**V**ideretur non posse, quia solutum auctoritate judicis aut sententiae, condicere non potest. *Cast.* *I. eleganter num. 9. ff. condicet indebitum in Julianus ff. cod. l. 1. C. de conduct. indeb.*  
Deinde exemptus qui lata contra se sententia condemnatoria solvit, privilegio suo renuntiare censetur. *Anchar. conf. 398.* sed iis non obstatibus respondentium est, conditionem competere. *Angel. Aretius conf. 6. & 7.* quia sententia ordinarii in exemptum nulla est. *Angel. d. conf. 6. & 7.* *Ego latè de jurisdict. ord. in exemptos lib. 2. quæst. 40.* non praefat autem impedimentum quod de jure non sortitur efficitum, cap. non praefat de Reg. Iur. in 6. Condicione inquam duplex competit, una indebiti. 1. si fidesi for. §. in omnibus ff. *Mand.* *Bart. l. 1. §. & parvi num. 10. ff. quod vi aut clam.* alia condicione causa, 1. si fullo ff. de cond. sine causa *Iosephus* sese de inhibitionibus & executione privilegiata cap. 1. §. 8. num. 30. *gloss.* 1. si prator. §. *Mareellus* ff. de indicio. 3. Conseruantque ea que *Romanus conf. 369.* Respondit sententias & censuras ab ordinario provenientes licet nullas aut injustas, causare iustum metum, ob quem recessio actus gesti conceditur. *soi. iii. ff. & C.* quod metus causa. Metus enim secundum quoddam redditus actus ipso jure nullos, aut secundum alios per sententiam, ut plenius videtur est apud *Navar.* *Conf. 10. num. 10. de iis quæ vi metusque causa.*

## QUÆSTIO XCVI.

Conservatores an cognoscere possint de causis criminalibus.

## SUM-

De Conservatoribus Ecclesiasticis.  
SUMMARIUM.

1. Matrimoniales cause & criminales equiparantur.
2. Aequiparatum idem est iudicium, idque etiam in paenitibus & à jure communi ex orbitanibus.
3. Prelati inferiores qui ordinariam iurisdictioni prescripserunt, possunt eam non obstante Concilio Tridentino exercere.
4. Concil. Trid. non derogat iurisdictioni ordinariae.

**O** Stendi breviter hoc in tractatu, que §. 6. conservatores de causis matrimonialibus cognoscere non posse. Idque nisi consuetudine, prescriptione a conservatori diplomatico aliud eis sit concessum. Aenidem in causis criminalibus respondendum sit, breviter nunc etiam queritur.

Idem respondeatur, Matrimoniales enim causa & criminales aequiparantur, cap. pen. de Ref. in integr. glo. Barth. & DD. l. 2. §. quacunque ff. de jure in, quando numerum duo a jure aequiparantur, dispositum in uno, habet etiam locum in alio, glo. & DD. cap. 1. postquam de elect. in 6. Navar. cap. pena nu. 6. 13. 14. de paenit. dif. t. fol. lib. 4. de iurisdict. ord. in exemplis quaest. 54. nu. 4. Idque etiam in paenitibus, glo. 1. 6. cap. 1. postquam §. 1. & §. fin. de elect. in 6. à jure communi exorbitantibus, glo. 1. 6. quis seruo per faustus C. de furtis & in l. quod vero contra ff. de legib. prefes Everardini, c. 1. loco a similis vers. & generaliter, uti uno viginti extensionibus constitutis, paenit. ostendit Navar. d. cap. pena per tot. de paenit. dif. 1. fol. 374. tomo 1. que diadicatio uti ante dixi à diplomatico conservatori consuetudine vel praescriptione dependet. cap. auditis de prescr. Abb. cap. accedentibus num. 3 ubi Apost. de exec. sibus pralat.

Ideoque si prælatus quispiam aut conservator ejusmodi civilem vel etiam criminalem jurisdictionem prescripsisset, aut illam diplomatico Papali acquisivisset, poterit tandem jurisdictionem exercere non obstante Concilio Tridentino, ssff. 24. cap. 20. vers. omnes causa de reform. concedente ordinario talium causarum cognitionem ait jurisdictionem. Quia canones disponentes aut moderantes aut foventes jurisdictionem ordinariam, intelligi debent de jurisdictione ordinaria etiam inferiorum genarum enim propriè prædicatur de qualibet ejus specie, Bald. l. 2. C. de iure aureorum annularum, & ita ad explicationem hujus articuli Concilii Tridentini latè ostendit Navar. Conf. 9. de Privilegiis & Gregor. Sayrus in floribus decisionum, l. 2. tit. 2. de foro competenti decif. 2. & elect. lib. I. tit. 17. de offic. delegatis decif. 1. & 2. fol. 25. Col. 4.

Concilium enim Tridentinum concedendo seu excitando jurisdictionem ordinariorum, non ea propter censorum jurisdictioni inferiorum derogasse juxta illud. Quod non mutatur, quid stare prohibetur. 1. præcipimus C. de appellat. l. sancimus C. de testamentis Navar. d. conf. 9. Gregor. Sayrus in floribus decisionum jam citatus.

& si

& si aliter diceremus, violaremus multorum ordinum Privilegia, jurisdictionem  
criminalē in ordinis subditos habentes, ut late ostendit Navarrus. dicto conf. 9. de  
privilegiis per tot. & conf. 23. eod. tit.

## QUÆSTIO LXXXVII.

An Conservatores Jus habeant incarcerandi.

Incarcerandi potestatem nemo habet, nisi is cui ultra jurisdictionem Imperium  
competit, Barib. & Bald. auct. ei qui C. de bonis aut. iudic. poss.

Ideoque judices delegatos universitatum Rectores, ministerium aut collegia  
rum praefectos incarcerandi potestatem non habere, ut fulè ex jure docet Prosper  
Fatinacens, lib. 1. quæst. 27. n. 6. Boer. dec. 2. 13. n. 2. 4. gloss. & Bald. l. consentaneum C. quo-  
modo & quando iudex, eleganter Marsilius in præl. 8. antiquam n. 78.

Quid autem de Conservatoribus censendum sit, paucis hic inquirio, & repeto  
quod alio in loco ostendi, de jurisdict. ord. in exempti lib. 4. quæst. 11. n. 16. Conserva-  
tores recentes sub cathegoria majorum iudiciorum, quibus imperium competit, &  
proinde eis etiam incarceratedi facultas abnegari non potest. Quod restringo, nisi  
conservatoria diploma aliud suadeat, ut & nisi casus aliquis occurrat ab hac facul-  
tate exemplus, nam tunc si incarceratedi aut manus iniicerent, excommunicationis  
cenitutam incurarent, uia in materia Regularium tradunt Doctores, Card. Sabarella  
Clem. frequens in pr. n. 1. vers. 5. Rota de excessib. Pralat. Paulus Fuscus Episcopus Sar-  
nensis in visitatio, lib. 2. cap. 20. num. 20. Paulus de Leafaris cap. si Clericos defent. excom.  
in 6. Hieron. à Sarbo Capucinus in addit. ad Alphon. à Cafarubios de Privileg. Mi-  
norum Ordinum, quo fit, ut in similibus casibus sit superioribus Exemptorum recri-  
bendum, Paulus Fuscus cap. 20. num. 20. iuxta etiam Bullam Clem. 8. editam anno 1590  
septimo Kal. Martii apud dictum Alphonsum descriptum de qua nos quoque aliqua sa-  
perius scripsimus §. 5. scolio 59. & seqq. & §. 6. scolio 74. & seqq.

## QUÆSTIO LXXXVIII.

Quid si non incarceratederint, sed incarceratede conati sint.

K k

SUM-